S C R I P T A

Numéro Scripta : 9690

Auteur(s) : Thomas de Coisnières [chevalier]

Bénéficiaire(s) : Aunay-sur-Odon, Notre-Dame d'Aunay (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1181-1220]

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Thomas de Coisnières, chevalier, donne aux moines de Notre-Dame d'Aunay[-sur-Odon] une terre valant quatre setiers de froment de sa réserve seigneuriale à Carcagny et confirme de diverses donations précédentes.

Tableau de la tradition

Original

A. Caen, Arch. dép. Calvados, H727.

Indications

Léchaudé d'Anisy Amédée-Louis, *Extrait des chartes et autres actes normands ou anglo-normands qui se trouvent dans les archives du Calvados*, Caen, Mancel (MSAN ; 7-8), 1834-1838, 2 vol., t. 1, « Abbaye d'Aunay », n° 370-148, p. 82.

Dissertation critique

Transcription : Tamiko Fournier-Fujimoto
Les biens à Carcagny ne sont pas mentionnés dans la charte de confirmation générale du roi Henri II d'Angleterre de 1181-1189. Les actes de l'abbaye d'Aunay portent une date millésimée quasi systématiquement à partir d'environ 1220.

Texte d'après A

Notum sit omnibus presentibus et futuris quod ego Thomas de Coisneriis, miles, dedi et concessi et presente carta sigillo meo munita confirmavi Deo et Beate Marie et monachis de Alneto terram valentem quattuor sextariorum frumenti de dominico meo apud Karquinneium, cujus terre partes ita site sunt : apud Les Airables, dimidia acra terre juxta terram Alexandri filii Hervei ; ad viam Baioce tres virgate terre juxta terram Roberti Torgis, in Windinc de Pomerio (?), medietas quinque virgate terre juxta terram Johannis de Nojon. Concessi etiam et nichilominus hac presente carta mea confirmavi Deo et dictis monachis omnes alias donationes et concessiones quas eis feceram diversis temporibus et diversis cartis, diversis sigillis roboratis, videlicet septem virgatas terre de meo dominico apud Lyon, quas Hugo de Valeia tenebat ad feodi firmam pro tribus sextariis frumenti annuatim, scilicet unam acram terre apud Curiam de Clintonia juxta terram Albe Calvis pro septem quarteriis frumenti, et tres virgatas terre ad fossam Postel juxta terram Roberti filii Dame Sor, pro quinque quarteriis frumenti. Item duas acras et dimidiam terre apud Karquinneium de proprio dominico meo sitas in quattuor locis : in Karrereia dimidiam acram juxta elemosinam Sancti Petri, in Rubra Terra unam virgatam et dimidiam juxta terram filiorum Turgisii, in Varena unam virgatam et dimidiam juxta terram Gervasii de Locellis, in Airablio quinque virgatas juxta terram Matildis

de Audreio. Item unam acram terre et dimidiam in territorio de Karquinneio in Windigis Montis de Nonant. Has autem donationes et concessiones feci Deo et sepedictis monachis pro salute anime mee, patris et matris mee et omnium antecessorum et heredum meorum in puram et perpetuam elemosinam, liberam omnino et quietam, sicut carte eorundem monachorum quas de me habent plenius distingunt et testantur.

Pôle Document numérique – MRSH – Université de Caen Normandie – consulté le 11/05/2024